

& quamvis ex verbis Christi solum colligatur, quod predicabitur Evangelium, non tamen quod omnes gentes convertentur; rament intelligitur, quod predicabitur, cum multo fructu, & quod multi ex omnibus gentibus credent in Christum.

151. D. August. Origen. S. Anselm.

Psalm. 18.

Suar. Cornelius.

152. Richard.

D. Cyprian. Acerbitas mortis suavis ex consuetudine tor martirum.

153.

Joan. 21.

Propria passio suavis ex consuetudine aliorum.

154.

3. Reg. 2. Joseph.

Et quamvis Evangelium sit predicatum in multis partibus, tamen ut docent Divus Augustinus Epistol. 80. ad Hesyech. Origenes homil. 18. in Matth. D. Anselm. & alii, suis temporibus non fuisse Evangelium predicatum in toto Orbe, & Suar. citatus inquit: *Revera consistat, nostra aetate inventas esse plures provincias, ad quas predicatio Evangelii nunquam pervenerat*; unde illud, Psalm. 18. numero 5. *In omnem terram exivit sonus eorum.* Quod a tempore Apostolorum, prophetia incepta est impleri, & quod paulatim, & paulatim impletur: Ita Suar. citat §. *Sed adhuc superest.* Cornel. in Epistol. ad Roman. cap. 10. vers. 18. Ubi Apostolus hunc locum Psalmi adducit, ex quo patet, quam ampla futura sit messis Evangelica ex omnibus nationibus, & populis, in fine saeculi.

Ex omnibus gentibus, etiam barbaris, populis, ac linguis, ait Richardus, quia divina pietas, sicut sagena ex omni genere piscium, ita ex omni genere hominum elegit; & ad vitam perducit, per ignem, & aquam, & multas contrarietates, quae vix numerari possunt, si ergo ex ore bestiarum, ac tormentis tyannerum, tot surgunt agmina martyrum, quis martyrium timeat, cum se videat tam illustri caterva stipatum? ut eleganter dixerit Divus Cyprianus, de exhortat. ad Martyr. capite 1. *Quod si tantus ostenditur, ait, & probatur Christianorum martyrum populus, nemo difficile, vel arduum putet, se martyrem fieri; quando videat, martyrum populum non posse numerari.* Equidem ubi tantus populus proponitur, qui praecessit, ad cuius societatem festinamus, maxime lenitur, imò & suaviatur acerbitas cuiuscumque tormenti.

Ubi Petrus audivit ex Christi ore, quod lenexerat ad mortem ducendus, ac similiter ipsi Dei filio, cruci suffigendus: *Conversus vidit illum discipulum; quem diligebat Iesus.* Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: *Domine, hic autem quid?* Joan. 21. num. 21. Non contentus est Petrus, scire de fine suo, sed etiam curat, scire finem dilecti discipuli, quasi ex huius noticia, ac cognitione, cum tanti sancti consortio acerbitas propriae passionis molliatur, ac suavis reddatur, Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 13. in Joan. cap. 66. *Hunc igitur ita Domino dilectum cum respexisset Petrus, statim interrogavit, quis vita illius terminus immineret? quia communitur in istum hominibus esse videtur, ut optent, si quid periculi subituri sunt, non se solos, sed ceteros etiam, aut videre similia pati, aut saltem audire perpeffos fuisse, vel omnino idem passuros.* Sic confortio passionis aliorum, propria passio dulcescit.

Cum David iam vicinus esset morti, ait filio suo Salomoni: *Ecce ego ingredior viam univsa terra*; 3. Reg. 2. num. 2. Quae verba refert Josephus lib. 7. cap. 12. ait: *Ego filii, suo vocantes ad patres meos abeo; & viam om-*

nibus, qui non sunt, quire post me erunt, communem ingredior. Sed quid eam sollicitudinem mortis dicit omnibus communem, ut notat Theodoret. *Primum communem ostendit Theodoret. Mortem, eam sit communis, sibi, ac filio suavem, & lenem faceret; nulla enim acerbitas esse potest, quando res est cum communi praestantissimorum confortium.*

QUESTIO XVII.

Quam magna, & ampla sit turba sanctorum, quam nemo numerare potest.

Tanta est multitudo sanctorum, ut affirmat noster Evangelista, quod etiam nemo numerare poterat, nemo intelligitur ex mortalibus, vi, ac virute ingenii naturalibus; unde optimè ait Divus Thomas: *Dicendum, quod cum hic dicitur, nemo, intelligendum est de homine puro & mortali; in statu vita: probabile enim est, Angelos, & bonos, qui sunt in patria, scire numerum hominum salvandorum; hoc, enim in materia gaudii plenioris.*

Ecce aperte ex nostro text. constat, quam innumerabilis sit caelestium civium multitudo, quam colligere licet ex multis, & primò ex ingenti numero martyrum, qui tamen ceteris sanctis minor est; nam sub uno impio Diocletiano, ut testatur Eusebius Caesariens. quolibet mense caesa sunt septemdecim millia; multiplicata hunc numerum per decem annos, cum uno, vel altero mense, quibus haec persecutio duravit, & invenies fere vicies centena millia, sive duos miliones martyrum. Et adeo haec feta bestia, Diocletianus, crudelis exiit in Christianos, ut liberam facultatem concederet unicuique, ut ubi invenisset hominem Christianum, eum interficeret, ut refert Baronius in eius vita apud Spondanum anno Christi 303. num. 7.

Una sola Roma tanto martyrum numero nobilitatur, ut Thom. Bozius l. 12. signat Ecclesiast. cap. 22. ex historiis, & actis martyrum colligat, in sola Roma exiitisse plusquam trecenta millia martyrum, inter quos antesignani fuerunt septemdecim summi Pontifices, & majus est, quod ex antiquarum Scripturarum monumentis legimus, ut habetur in lib. revelat. S. Brigitt. quolibet die in anno septem millium martyrum posse Romae nos festa celebrare. Unde ut habetur in eisdem revelationibus. S. Brigittae lib. 4. cap. 125. & lib. 6. cap. 63. *Plateae Romae stratae sunt sanguine sanctorum martyrum.*

Si oculos convertas ad martyres totius mundi, quis eos valeat dinumerare; Franciscus Arias libro 3. de Imitatione Christi, capite 32. & sequentibus, per singula saecula provincias, & persecutiones discurrendo, probat magnum, & ingentem numerum sanctorum martyrum; & tandem in fine capituli 55. concludit facile quolibet die anni numerari, & coli posse triginta martyrum

Theodoret. Mortem, eam sit communis, sibi, ac filio suavem, & lenem faceret; nulla enim acerbitas esse potest, quando res est cum communi praestantissimorum confortium.

155.

D. Thom. Materia gaudii in bonis nati- dnis eorum.

156.

Euseb. Sub Diocletiano duo miliones martyrum.

Baronius.

157. Bozius. Roma trecenta millia martyrum.

S. Brigittae.

158. Franc. Arias. Undecim miliones martyrum.

martyrum millia, quae si per annos à Christo hucusque elapsos multiplices, invenies undecim miliones martyrum: Idem existimant alii apud Cenebrard. in Psal. 78. vers. 4.

Cenebr. 159.

S. Brigittae.

Roma nobilitatur magno numero sanctorum.

160. Incidens dubium.

Ex tribulatione multi procedunt in salutem.

161. Matth. 17.

Plures adducit in salutem tribulatio, quam requirit.

Secundò enlligitur haec turba magna Sanctorum ex magna multitudine sanctorum Pontificum, Confessorum, Monachorum, Virginum, ac viduarum; quia ut legitur in lib. 3. Revelat. Sanctae Brigittae, cap. 27. ei dictum: *Si me furares terram centum pedum in longitudine, & totidem in latitudine, ut seminares eam plenam puris granis tristici, quodlibet verò granum daret fructum centuplum, adhuc essent plures Martyres, & Confessores, Romae à Sancti Petri tempore usque ad Caesarianum, tunc illa aetate summum Pontificem.* Quid igitur erit, usque ad haec nostra tempora non in una civitate Rom. sed in universo Orbe, non unius tantum ordinis, aut chori, sanctos recensere; sed omnes Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Apostolicosque viros, Martyres, Confessores, Anachoretas, Virgines, & viduas, omnis generis, aetatis, ac conditionis?

Ecce quanta est turba magna sanctorum, ac iustorum ex quo nota; quod qui electi sunt ex Israele, habent numerum praefixum: *Ex tribu Juda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati:* Et sic de ceteris tribubus. At haec turba magna ex gentibus, & populis, tanta erat, quam nemo dinumerare posset; & unde tanta diversitas? illic numerus certus, & determinatus, hic verò nullus; ratio est, ut jam dixi, ut videatur, quam magna, & ampla sit haec turba, quae omnem numerum excedit, quam dinumerare nemo poterat. Deinde quia ut dicitur de hac ampla turba. Vers. 14. *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Ecce cur in re salutis tanto numero excedunt veteres, quia de tribulatione magna venerant; & inde innumerabiles extabant: Tribulatio magna valde fecunda, ut multos parturiat caelo.

Dum agitur de gloriosa Christi Transfiguratione. scribit D. Matth. cap. 17. num. 1. *Assumpsit Iesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos, &c.* Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias. Quinque adfuit homines cum Iesu in mysterio Transfigurationis. Tres ex collegio Apostolico; Duo verò ex Prophetarum coetu: Et cur plures assumuntur ex Apostolis, quam ex Prophetis? Vel saltem cur ex utraque parte numerus non est equalis? Prophetae Moyses, & Elias veniebant de requie defunctorum, unus de Paradiso, alter verò de sinu Abrahae: At Apostoli accedebant de terrenis laboribus, de multa contradictione, ac diversitate Judaeorum, & labores, ac persecutiones semper plures dant, & generant ad salutem; de paradiso, ac requie unus vel alter veniat: at de procellosa rerum calamitate plures affant, semper tribulatio valde fecunda exiit, ut multos salutis filios producat: Adest patronus Timotheus Antiochenus oratio, de cruce, & Transfigur. apud Gethserum, tom. 2. ubi sic ait: *Quid verò attulit, tres tantum in montem duxit, & ex Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.*

Prophetis neminem, nisi Moysen, & Eliam? Et cur illos quidem tres, hos autem duos: ut imple-ret dictum Pauli in nomine Iesu omne genu flexatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Ex infernis subduxit Moysen, ex caelestibus deduxit Eliam: Ex terrestribus, Petrum, Jacobum, & Joannem.

Regius Vates, Psalm. 1. num. 1. sic decantat: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,* tanquam quid mirabile, ac misericum sic loquitur de uno beato ad beatitudinem veniente. Psalm. 2. At statim Psalm. 2. num. 8. Introducitur Aeternus Pater ad filium suum Jesum loquens: *Postula à me, & dabo tibi gentes, hereditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terra.* Ubi Omnis multitudo gentium, ac nationum ostenditur Jesu danda, ut eas in salutem adducat; & cur quando in ipso Psalmo, unus tantum introducitur ad salutem. In secundo verò ingens turba, & multitudo usque ad terminos terrae? In primo Psalmo introducitur in quadam tranquillitate, ac prosperitate: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* At in secundo Psalmo proponuntur omnes adversitates, contrarietates, ac tyrannides adversus iustos. Sic incipit Psalm. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterunt reges terra, & principes convenerunt in unum.* Et ideo in primo Psalmo unus, & raris est, abiens in beatitudinem: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* In secundo verò magna multitudo: *Dabo tibi gentes, hereditatem tuam,* quia in tranquillitas unum, & raturum dat in salutem, persecutio verò, & tribulatio innumeros generat, & producit; rem egregie notavit Eusebius in Catera Lypoman. *Primus quidem Psalmus, ait, unum aliquem rem, qui salvandus esset, beatum praedixit: praesens autem multitudinem ad salutem in vitat.*

QUESTIO XVIII.

Quare turba electorum tam magna dicitur, ut eam nemo possit numerare; cum Christus dicat, paucos esse electos?

Noster Joannes hic magnam describit turbam electorum, quam nemo dinumerare posset, sed quomodo hoc cohaeret cum Christi verbis? nam ipsemet Dominus testatur, Matth. 22. numero decimo quarto, *Multi sunt vocati, pauci verò electi:* quomodo illic tam magna, & ampla turba; hic verò tam rari, & pauci? etsi hic tam pauci, quomodo tam innumerabiles, ut ab intellectu humano naturali non valeant, in numerum redigi?

Primò, & ad litteram responder D. August. lib. 3. contra Cresconium Grammaticum: *Electi per se ipsos multi sunt, ait, in comparatione malorum, falsorumque, itidem pauci sunt.* Ideo enim Christus paucos salvandos dixit, non quia considerati in se ipsis pauci sint, sed

162.

163.

Ex prosperitate raris ad salutem introducitur ex persecutione innumeri.

Eusebius.

163.

Math. 22. Difficilis est questio.

164. D. August.



quia comparatione reproborum, longè minor sit eorum numerus. Ad suum dilectum loquitur Anima sancta, Trahe me post te & curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. 1. num. 3. Seu ut legit Philo Carpharius, in promptuarium suum, hoc est, in domum omnium suarum divitiarum, per quam intelligitur cælum, ut explicant Origenes, in utraque expositione D. Greg. Nissen. homil. 1. Theodoret. Tres Patres, & alii; & in hanc domum cælestem sola sponsa, se dicit introducitam, cum cæteræ adolescentulæ foras remanserint, ut notat Origenes homil. 1. in Cantica: Non, ait, introiit nos plures in cubiculum suum, plures foris remanent. Una sola sponsa, quæ significat iustos, est introducta in cellaria, seu cælum; at adolescentulæ, quæ excluduntur à regno, & sunt reprobæ, foris remanent; sed inde quæro, sicut reprobi, qui à regno excluduntur, multi dicuntur plures foris remanent, cur etiam electi per multos non denotantur, sed tantum per unam sponsam singularem: Introduxit me Rex? quia tam pauci, ac rari sunt, qui salutem assequuntur, ut quantus in se ipsis multi sint, tamen collatione facta cum reprobis, tam rari, & pauci apparent, ut quodammodo unus; & singularis videntur; & ideo non dicuntur multi introducti, sed una sola.

Cant. 1. D. Nissen. Theod. Tres Patres. Origen.

Electi pauci comparatione reproborum.

165. Christus vehementer stetit, & desiderat nostram salutem.

Theod.

166. Eccles. 4.

D. Amb. Salva.

Pro desiderio nostra salutis. Christus electos paucos reputat.

semper desiderat salutem. Nostra salus ei est pro divitiis; & ideo non fatiantur oculi ejus divitiis, quia semper magis, ac magis bonam, ac salutem nostrarum animarum vehementer desiderat, & affectat.

In persona Christi, ait Regius Vates. Psal. 68. num. 30. Pauper, & dolens ego sum. Si autem constitutus est à Patre Rex super universam terram: si in ipsoque omnes thesauri cælestium donorum, & ipse omnibus cuncta providet; quomodo pauper dicitur? pulchre Divus Chrysostomus in Psal. 9. Pauper erat, quia nos esuriebat. In eo tota ejus paupertas erat, quia raras, & paucas animas hominum ad se trahebat; nam quamvis multi essent, qui venirent ab Oriente, & Occidente, ut recumberent cum Abraham in regno cælorum; tamen præ desiderio nostræ salutis, pauci ei videntur, & inde pauper, & egenus eorum dicitur.

Psal. 68. D. Chryf.

QUÆSTIO XIX.

Quare cum in sancta hac turba, una consona voce omnes electi Deum laudent: quomodo potuit noster Joannes, eos cognoscere esse ex omnibus nationibus, & linguis?

Omnes sancti in hac magna turba idem indumentum habebant; erant amicti stolis albis, omnèque palmas in manibus tenebant, omnèque una consona voce Deum laudabant, ut dicitur vers. sequenti; nam beati, etiam habeant notitiam omnium linguarum, non tamen usum, aliàs valdè confusum & incompositum redderent sonum; nam sicut in eis una est voluntas, & unus animus, ita & unum idioma; quod ex eo bene probat Egidius L. Stranus, tom. 3. de beatitudine, lib. 4. quæstione 22. articulo 7. §. 4. & ultimo numero 14. Ex Sophonia 2. numero 9. Reddam populo labium electum: id est, unicum. Ex 1. Corint. 13. num. 8. Sive prophetia evacuabimur, sive lingua cessabit, Ubi Apostolus non dicit linguæ cessationem, sed linguarum: quia in patria cessabit usus linguarum, ut ad locum Apostoli notarunt Corn. & alii expositores: quomodo ergo cognovit noster Evangelicus Propheta, electos hujus magnæ turbæ, esse ex omnibus linguis?

167. In cælis, non datur communis usus linguarum.

Egid.

Soph. 3.

1. Cor. 13.

168.

Opera sine verbis loquuntur communibus linguis.

Respondeo, & primò ad litteram, quod cognovit, eos esse ex omnibus nationibus, & linguis, lumine supernaturali, quo erat illustratus: Mysticè verò dico, vidit omnes indutos stolis albis, in signum propriæ puritatis; viditque eos palmas manibus gestantes, ob præclaram victoriam adeptam de tyrannis, vitis, ac voluptatibus hujus sæculi. Ecce omnium linguarum voces: præclarissima enim opera omnibus inclamant linguis, omnibus disertissimis vocibus intonant: lingua minime sunt necessariæ, altius illis opera loquuntur. Acumen

D. August. Acumen est. D. August. serm. 32. in Lucam: Vidit ex omni lingua venientes cum stolis, & palmis. Hac est massa Sanctorum. Visio palmæ & stolæ candidæ, quadam velut linguarum auditio est. Quarto clariore voce dictura est, area ventilata. Segregatis omnibus damnandis, massa purgata stans ad dexteram, quanta fiducia dicitur est: Ego cognovi, quia magnus est Dominus? Et quomodo hæc massa Sanctorum purgata, & ventilata, loquetur, etiam tacens; sic pergit acutè Sanctus Pater: Si ergo fratres mei, loquor granis, si agnoscent, quod dico, prædestinati in vitam æternam, operibus loquantur, non vocibus. Etiam si hæc sancta turba taceat; etiam si una voce omnes loquantur; omnibus linguis resonat; quia non tantum vocibus, sed potius operibus loquuntur. Prædestinati in vitam æternam, operibus loquantur, non vocibus.

169. D. August.

Gen. 6.

Opera alius clamant: quæ verba.

170. Prov. 1.

Tertull.

Symmach. Septuag. Syrus.

Ubi sunt opera, verba non requiruntur.

convocabant, ad Christum adducebant. Thomas Bozmas Bozius de signis Ecclesiæ lib. 9. Non aperiebat Martyr os suum, & stabat profunde tacens: & sanguis ejus alio clamabat, & aliorum animos allucebat, imò & implebat ad Christi nomen.

QUÆSTIO XX.

Quare omnes Electi in hac sancta turba magna stant, cum Christus suis dixisset: sedebitis & vos?

Dicitur in text. quod omnes Sancti in hac turba magna erant. stantes ante thronum, & in conspectu Agni. Joachimus Abbas, & cæteri dicitur, quod non solum erant ante thronum, sed etiam in conspectu Agni; ut sancti Martyres, qui Christum certaminum suorum inspectorem habuerunt, habeant etiam remuneratorem, qui eos magnis cælestibus donis accumulet. Favet citatus Abbas Joachimus. Manent, ait, jugiter in conspectu sedis assistentes in presentia summi Regis, & in oculis civium superiorum, qui eos in hac vita, tam viriliter agonizare conspiciunt: propter quod beatorum illorum nomina referuntur in cælo.

171. Christus, quæ certaminis, est & remunerator.

Joachim.

172. Thom. Ang.

Quæstio est, cur hujusmodi Beati dicantur stantes, & non potius sedentes: ad quod respondit primò Thomas Anglicus. Stantes, ait, in conspectu Agni, scilicet Christi Domini, per desiderium ipsum, videndi: quia in conspectu Agni sunt iusti, etiam in via, dum prompti sunt, et servare & desiderant, ipsum conspiciere in patriâ: præterea viri spirituales student, continuo conspiciere eum oculo amoris, & meditationis. Stant tam ob reverentiam erga Deum, quam ob vehementissimum desiderium Deum videndi: & ideo eorum animus non patitur sedere, sed præ magno affectu furgunt, ut magis Deum videant, & contempnentur.

Beati magno affectu Deum vident.

173. Itai. 14.

Secundò, Angelus Apostata: dicebat in corde suo: In cælum conscendam: super astra Dei exaltabo solium meum: sedabo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Itai. 14. n. 13. sedere ambit ille Apostata, cum cæteri curiæ cælestis Optimates coram Dei solio stent; sic in presenti turba magna Sanctorum stat: Stantes ante thronum: & statim omnes Angeli stabant, super quod elegatissimè disserit Petrus Damianus sermone 32. Virgo singularis. Stat à dextris in vestitu deaurato: Moyses, ut videat transiitum Dominum, stat in petra: Elias stat in conspectu Domini: solus ille trahit fuga spiritus, dissensionis principium, princeps malitiæ, malorum summa; voluit sedere: Sedabo, inquit, in monte testamenti. Omnes stant, & in sedere præsumit: Ipse filius, idem quod Pater, sedere nescit, donec dicat ei Pater, sede à dextris meis. Nil pulchrius: Princeps ille malitiæ, ac Angelus factus Dæmon, deficienti à Deo, turbas cælos, totamque cælestem curiam: & quam ob causam Angelus bestis sapiens natura sua, tot tumultus excitat in cælo: dixit ille: Sedabo in solio, cæteris stantibus: Ecce una ambitio totum cælum turbat, conspiratio.

Ambitio totum cælum perturbat: ex Angelis facit dæmones.